

de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbatissa vel earum qualibet tibi succedentium nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum sollicitudine providere volentes | auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea | omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate^{d)} apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuire seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. AMEN. AMEN. AMEN.

(R.)^{g)} Ego^{h)} Innocentius catholice ecclesie episcopus ss. (BV.)ⁱ⁾

† Ego Petrus Albanensis episcopus ss.

† Ego Willelmus Sabinensis episcopus ss.

† Ego Petrus tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis ss.

86. f) *uc auf Rasur (0,7 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.*

g) *Die Umschrift des äußeren Ringes der Rota (Durchmesser: 5,8 cm), welche aus zwei konzentrischen Kreisen besteht, lautet † Notas michi fac domine vias vite (vgl. Ps. 15, 10; Act. 2, 28); das am Anfang der päpstlichen Devise stehende Kreuz wurde von Innozenz IV. eigenhändig mit derselben bzw. mit ähnlicher Tinte gezeichnet (vgl. hierzu auch Katterbach/Peitz, Unterschriften, S. 252 f.). Der Innenkreis (Durchmesser: 4,2 cm), welcher durch ein gleicharmiges Kreuz in vier Quadranten geteilt ist, enthält folgende Inschrift: S(an)c(tu)s | PETRUS (Quadrant links oben), S(an)c(tu)s | PAULUS (rechts oben), INNO | p(a)p(a) (links unten), CENTIUS | III (rechts unten) A. Die Rota Innozenz' IV. ist abgebildet bei Katterbach/Peitz, Unterschriften, Abb. 79a, 80a; Bischoff, Urkundenformate, S. 199, Taf. 8.*

h) *Buchstabe E von Innozenz IV. eigenhändig mit derselben bzw. mit ähnlicher Tinte eingesetzt (vgl. auch Katterbach/Peitz, Unterschriften, S. 252 f.) A. Die 'Unterschrift' Innozenz' IV. ist abgebildet bei Katterbach/Peitz, Unterschriften, Abb. 79a, 80a; Bischoff, Urkundenformate, S. 199, Taf. 8.*

i) *Die Diagonale des Monogramms ist zunächst ein wenig zu steil gezeichnet worden, was eine Rasur der Linie im unteren Bereich (2,5 cm) und einen Neuansatz erforderlich machte A. Das Monogramm Innozenz' IV. ist abgebildet bei Bischoff, Urkundenformate, S. 199, Taf. 8.*